

VD16 B 3
Bacci, Andrea

De monocerote seu unicornu eiusque admirandis viribus et usu tractatus

Stutgardiae 1598
Res/H.lit.p. 648 d

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Daten systemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

DE MONOCERO,
T E S E V

VNICOR=

NV, EIVSQVE ADMI=
RANDIS VIRIBVS ET VSV,
Tractatus, per Excellentissimum & Cla-
rissimum D. ANDREAM BACCIVM, Phi-
losophum, Medicum, & Ciuem Romanum,
*Italica Lingua conscriptus, nunc vero publicæ
utilitatis gratia.*

* * *

A WOLFGANGO GA-
BELCHOVER, ARTIVM ET MEDI-
cinae Doctore, latinè redditus.

CVI OB ARGVMENTI
ferè similitudinem, accessit alius, de
MAGNA BESTIA, ab Antiquis
ALCE, Germanis Ellend/ vocato, eiusq;
ungulae pro Epilepsia & consimilibus
morbis abigendis, viribus
& vsu, libellus, ab eodem

D. ANDREA BACCIO

*Italicè conscriptus, & à Wolfg. Gabelchouer
in latinam linguam con-
versus.*

Stutgardiae, Imprimebat Marcus
Fürsterus, 1598.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

MUNICH

500/00/37



ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPIS AC
DOMINO DOMINO FRIDE-
RICO DVCI VVRTEMBERGICO ET TEC-
centi, Comiti Montisbelgardi, Domino
Haidenhaimi, nec non vtriusq; ordinis regij,
Gallix & Anglix, equiti aurato dignissimo, domino
suo clementissimo,

LVSTRISSE PRINCEPS, Domine clementissime. Semper equidē fui in illa opinione, illos benē agere, qui rē literariam promouere student, præcipuē si talia proferant quę vel à nemine antehac cōsyderata, vel obiter tantū & superficialiē discussa fuerint. Præsertim, si quā tractant materia ita cōparata sit, vt multū inde vtilitatis ad legētes redire possit. Ex quibus illos summopere probo, qui feria & viro graui digna, benē examinant, à nugis & fabulis abstinentes. Quales illos esse iudico, qui vt principibus & heroibus complacēt, rara, singularia, & à nemine obseruata, in lucem proferūt, ea cum primis, quę ad valetudinē tuendam summopere conferunt, & quasi necessaria sunt. Inter quæ VNICORNVS meritò annumerari debere assero. Quod cum omni tempore maximi habitum fuerit, hinc factū est,

P R A E F A T I O.

est, vt soli Reges & magni principes, illud sibi vendicare voluerint. Idque iure merito. Cum enim alti & generosi animi sit, abiecta & vilia spernere, pretiosa verò & rara studio se inquirere, hinc videre semper licuit, summorum Principum thesauros, gemmis, pretiosis lapidibus, praestantibus arte chymica praeparatis medicamentis, variisque rebus peregrinis refertos, inter quas tamè Unicornu ubique locorum primas tenet. Quod cum in desertis illis vastis, & à consortio hominū remotissimis locis nascatur, quæ ex multis sepe millibus, vix vnus & alter adire auit, imò cum in illis quoque locis, admodum rarum & infrequens existat: hinc fit, vt nostris in regionibus, non modò rarum sit, sed & difficulter genuinū inueniatur. Rara verò omnia cum chara existant, idque eò magis, si virtute peculiari aliqua (quale Unicornu existit) praedita sint, hinc vix vnquam defuerunt malitiosi & deprauati quidam homines, qui in genuinorum locum, aliud quidpiam substituere, vel illa variis modis adulterare conati sint. Id quod Unicornu quoque accidit. Vnde factum est, vt praecipui quidam Magnates, non rarò, turpiter decepti fuerint. Ne ergo idem alijs posthac contingat, Nobilissimus & Excellentissimus vir D. ANDREAS BACCIVS Elpidianus, Philosophus, Medicus & ciuis Romanus, (quē ego docentem cum apparatu Romæ, ante quadriennium audiui) primus omnium has fraudes

PRÆFATIO.

Fraudes detegere, & mundo manifestare voluit, luculenta hac de re conscripta historia. Quam cum ante aliquot annos, in Italica lingua conscripserit, eandemque rem nonnullis in locis, satis obscure tractauerit, communis utilitatis gratia, eisdem discursus, in Latinum sermonem transferre volui, quo aureus hic liber, ab omnibus nationibus, latinam linguam callentibus, intelligeretur. Qua in re, id præstare etiam conatus fui, ut obscuritatem illam, perspicuitate, quantum fieri potuit, resarcirem. Cum verò hinc inde cogitarem, cuinam hos labores dedicarem, T. C. Illustrissime princeps, mihi occurrit, quam naturalium rerum studiosissimam esse video. Quod præclara aliquot opera testantur, quæ sub T. C. imperio, effectum nobilem habuerunt. Quid enim salutaris, quidue humano generi utilius in hisce regionibus, inuentum fuit, BALNEIS istis BOLLENSIBVS, sub C. T. auspicijs, solenniter & magnifice constructis, quorum admirabilem efficaciam, insignis hominum multitudo, varijs & difficilimis in casibus, intra biennium iam experta est, nec quisquam satis pro dignitate commendare potest. Qua in re plerosque maximos principes, vincere & superare T. C. videtur qui peregrina & extranea, eo vsu inquirunt, ut sibi solis referuent, aut summis tantum Principibus, regij doni loco mittant, tantum abest, ut omnibus communicent: Quanquam nec hi, sua

P R A E F A T I O.

quoque laude defraudandi sunt, eodum naturalium rerū studiosis, clementer & gratiose, illorum conspiciendorum, copiam faciunt. In quorum numerum præcipue reponendus Serenissimus FERDINANDVS MEDICES, verè magnus Hetruriæ Dux cuius thesaurum infiniti valoris, varijs exoticis rebus refertum, secunda vice, non sine magna admiratione contemplatus fui. Id quod mihi alibi quoque locorum multoties contigit, de quibus puto satius esse tacere, quam me ambitiose iactare. Cum igitur Illustrissime Princeps, naturalium quoque rerum, abditarum præsertim, & quæ vulgo obuia non sunt, desyderio non vulgari T. C. teneatur, atque in practica hac philosophia se exercere cupiat, non ineptè me facturū existimaui, si D. ANDREAE BACII hunc de Unicornu librum, mea qualicunque opella latinitate donatum T. C. humiliter dedicarem, vt pleniorē notitiā (quæ hætenus ferè omnes latuit) de nobilissimo hoc & rarissimo animali, assequerentur multi, simulque patefieret, cum multa de ipsius cornu viribus, ratione quorum venenis, morbisque a veneno prodeuntibus, resistere valeat, prædicentur, quid ab ipso expectari debeat, ac tandē verum Monocerotis cornu, ab adulterinis probe discernendi, rationes publicè innotescerēt. In quo tractatu, discursus quoque varij de peregrinis & extraneis rebus, cognitu iucundissimi, similiter explicantur. Quoniam verò no-

P R A E F A T I O.

ro nostris in regionibus, **ALCIS VNGVLA** vulgò **Ellendsflaw**/appellata, magni plerunq; fieri consuevit, paucis tamen de animali hoc, eiusq; vngulae viribus constat, non absurdum fore ratus sum, ob argumenti quasi similitudinem, hunc tractatum, ab eodem autore, Italicè cōscriptum, addere & in linguam latinā pariter vertere. Ex quo tractatu, multa cognitu quoq; dignissima, quædā etiam necessaria apparebūt. Singulares eius quoq; vires, ratione quarum epilepsiae, vteri suffocationi, morbo attonito, stupori, vertigini, & similibus affectibus, mederi creditur, accuratè explicantur, & simul vtendi modus demonstratur. Quod si **C. T.** meum hunc qualemcunq; laborem, non ingratum fuisse videro, curabo vt eiusdem **D. Baccij** librum de gemmarum origine, earum quæ vsu, nec non de auri generatione mirabili, eodem modo in lucem producam: tum etiam meo **Marte**, conscripta alia opuscula, propediem ædam, **C. T.** interim multa foelicia tempora & tranquillam gubernationem ex animo precans cui me quoq; humilimè commendo. **Datae Stutgardiae** vltimo die mensis **Augusti** qui fuit nitalis **Impp. C. CAESARIS CALIGVLAE & COMMODI ANTONINI**, qui ambo ex optimis patribus prognati **GERMANICO & MARCO ANTONINO** ab illorum virtute degenerantes, foedissima portenta

PRÆFATIO,
portenta & monstra generis humani fue-
runt. Quorum vestigijs insistens MAHO-
METES II. Turcarū Imp. HVDRVN-
TEM Iapygiæ oppidum maritimum, cap-
tum, summa crudelitate eadem die diripuit,
anno salutis humanæ 1480.

C. T.

Subiectissimus.

Wolfgangus Gabel-
chouer, artium &
medicinæ doctor.

PROE

PROEMIVM ANDREÆ BACCII.

S Imbecillitatem intellectus nostri, tum ratione rerum intelligibilium tum etiam propriae debilitatis, bene, consyderabimus: sapientum nonnullorum sententiam uerissimam esse inueniemus, paucissimas scilicet res nos integrè cognoscere, maioremque partem eorum quæ scimus, opinionem potius, quam ueram scientiam appellandam esse. Inter omnia enim quæ intellectui nostro subiiciuntur, duo sunt extrema & unū medium, ex quibus unum est excellens & essentiæ altissimæ (quales sunt substantiæ separatae & immateriales) in cuius idea contemplanda) quemadmodū bene comparat Aristoteles) intellectus noster non minus æcutit, quam si noctua splendore Solis intueretur: aliud circa res infimas & humiles uersatur, quales sunt materia prima, & aliqua prima rerum principia, quæ ob exiguam ipsorum essentiæ, nullam quasi de se formare imaginem in intellectu queunt, ratione cuius à nobis comprehendere & intelligi possent. Medium uerò locum, inter duobus hæc extrema, species materiales rerum compositarum aut sensui expositarum sortitæ sunt, quæ licet alia ratione cognitioni humanæ proprie subiiciantur, ob duas tamen difficultates notabiles perfectè cognosci nequeunt. Prima est, quod in qualibet re differentia nonnullæ interiores & proprietates aliquæ, na-

PROEMIVM.

curæ quasi cælestis, reperiuntur, ad quas debile lumen intellectus nostri, alio modo, quam per coniecturas, & satis quidem leuiter, penetrare nequit. Alta est, quod cum omnis nostra cognitio à sensibus originem trahat, hi uero ob uarios ipsorum defectus interdum decipiuntur, ut intellectus quoque non raro fallatur, & rem unam pro alia intelligat, necesse est. Tertiam difficultatem prætereo, quæ forsan reliquas omnes superat, cui prouideri nequit, quid scilicet hominum malitia in cunctis quasi rebus operetur adumbrando & sophisticando adeo scientias, ut pauca reliqua etiam scibilia confundat, ne dicam destruat. Quod si intellectus nostertam difficulter res sensui patentes percipit, qua ratione infinitas alias cognoscere dicemus, quæ à sensibus nostris remotæ sunt? Hæ enim, uel quod in longinquis regionibus & desertis oriantur, aut natura sua raræ admodum sint aut quia nunquam uisæ sint, alio modo cognitæ non fuerunt quam ex aliorum relatione, & hominum ut plurimum indoctorum & barbarorum, qui facile etiam malitia ducti, unam rem pro alia, & uerum pro falso, nobis persuadere potuerunt. Quemadmodum Aromatis, & multis animalium generibus alijsq; miraculosis rebus usu uenit quas in India & ultra Antipodes, reperiri asserunt, quæ tempus, ueritatis pater, hac nostra præsertim ætate, qua totus mundus navigationibus lustratus fuit, omnia aut malè intellecta, uel fabulosa, aut dubia adhuc esse utrum sint uel non sint,

PROEMIVM.

sint, declaravit. De quibus cum ego accuratè in discursibus meis DE OCCULTIS PROPRIETATIBVS egerim, aliquas tamen, fabulosas nempe, reliqui, quibus parum interest, utrum ueræ uel falsæ sint: qualia sunt, quæ de Phænice, Basilisco, Satyris Centauris & similibus scribuntur. Alias uerò dubias nonnullas quales sunt maior Aromatum pars, lapis Bezoar, Unicornu, & similes res pretiosæ & raræ, ea qua par fuit diligentia, inuestigare, & plenè cognoscere conatus sum. Ex alijs tamen multis (quorû copiam benignè mihi fecit magnus Hetruriæ Dux) quæ temporis successu, quod omne dubium illustrat, exactè consideravi, de particularitatibus quibusdam VNICORNV quæ me ualdè ancipitem reddebant, certum quid determinavi. Quam materiam multis de causis magnæ consideratione dignam & necessariam esse iudicavi, cum uitæ humanæ plurimum conferat & à Principibus mundoq; ferè uniuerso, tanti facta fuerit, ut scriptores & Medici, inter naturæ miracula, & nobiliora Antidota, uenenorum perniciem lenientia, Unicornu primo loco reponere non dubitauerint. Quod cum rarissimum existat, & in thesauris Principum reseruetur, occasionem præbuit scelestis hominibus, ut auaritia ducti in eius locum adulterina quædam & lapides etiam substituerent, quæ deinde probationi subiecta, non sine multorum præiudicio,

PROEMIVM.

cio, falsa & uana extitisse, & uirtute aliqua prorsus destituta fuisse, deprehensum fuit. Quod multis quoque mihique precipue, multis abhinc annis maiorem suspicionem mouit, ut Unicornu, similem aliquam hominum inuentionem, nec tanti, quanti plerunque fit, faciendum esse, existimarem. Propterea huius rei ueram (ni fallor) resolutionem, candido & sincero animo afferre deliberaui, quo scilicet uirtuosis principibus hoc meo labore complacerem, quibus etiam negotium hoc magis curae esse debet: deinde spero hanc quoque materiam non minus gratam quam utilem futuram ob multas egregias consyderationes quas me huic scripto inserere necesse fuit, tum quo melius nobiles aliqui scriptores intelligerentur, tum ut discursus meus melius pateret. Vnde breuitate & claritate quantum fieri poterit, difficultates illas ordine quodam reconpensare studens, uniuersum hunc discursum, secundum uerae demonstrationis regulas, in tres praecipuas partes diuidam. In prima disputabo primam quaestionem utrum Unicornu in rerum natura existat, circa quam quaestionem, multae curiosae quaestiones utriusque partis adducentur, & clavis distinctionibus adhibitis, Unicornu reuera esse probabitur. In secunda parte, quale animal Unicornu sit, resoluam, ex qua quid Antiqui & Moderni cuiuscunque nationis scriptores, de eo scriptis prodiderint, & quodnam ueri Unicornu loco teneri debeat manifestabitur.

In ultima

PROEMIVM.

In ultima parte, utrum uenenis resistere ualeat, &
quibus rationibus probari possit, quod Unicornu mi-
raculosas aliquas operationes efficere (prout
creditur) uim habeat, aper-
tiam.



A D

AD LECTOREM.

BEnè ualeas quisquis es amicissime mi
Lector. Minimè dubito, non de futuros
uiros bonos, qui hanc meã qualemcunq;
opellam, grato animo accepturi, mihi
que pro tenui hac mea uersione gratias acturi sint, ex
hisq; illi præcipuè, qui naturalibus discursibus & uera
philosophia delectantur. Quibus ego operam meam pa
ratissimam offero. Econtra uerò non ignoro futuros
quosdam, qui nigro carbone quædam dicta signaturi
sunt, asserendo, minimè opus fuisse ut hunc laborem su
scepissem, cum reperti fortè essent, qui hoc feliciter &
accuratius præstare potuissent. Id quod minimè nego,
qui mihi rem longè gratissimam præstitissent, si hoc me
labore subleuassent, utpote cum non desint quæ aliàs a
gã. Cogitent tamè nasuti isti homines, me ex candido &
sincero animo hæc præstitisse, tantùm abest ut gloriã &
laudem ex hac qualicunq; uersione mihi aucuparer. Et
sanè gratius mihi fuisset, hunc tractatum ab alio uer
sum legere, quã rudi mea phrasi, lectorũ aures tædio af
ficere. In qua sanè re puritati sermonis non semper o
perã dedi, quæ etiam ob rei difficultatem, non ubiq; locũ
habere potuit. Sat mihi fuit rem simplicibus & aper
tis uerbis explicare, quam illam longo ambitu & pro
cul quæsito uerborum lenocinio obscurare. Fortè uerò
mihi polita phrasis non defuisset, si meum aliquod opu
sculum in lucem producere uoluisset, id quod posthac
me fa

me facturum promitto, si tibi aliquo modo hæc ab alio tractata, arrideant. Cur autem hæc laboris susceperim en breuibus accipe. Aediti fuerunt ambo hi tractatus Romæ ante decennium, quorum exemplaria cum hinc inde distracta fuissent, ut Venetijs quoq; nullū amplius uenale prostraret, propterea utrumq; hunc tractatum in peregrina nobisq; ignota lingua conscriptum latinè uertere decreui quo plures huius essent participes. Qua in re, ne latum quidem unguem ab Autoris sententia, discedere uolui: ut qui uehementer illos improbem, qui inuitis præceptoribus libros ædunt aut non prius æditos, proprio ex cerebello truncatos & mutilatos sub nō exigua propriæ laudis spe cum magna præceptorum iniuria in lucē proferunt. Quod à nonnullis subinde fieri experior. Sin uerò exactè Autoris sententiam assecutus non fuero, doctiores me excusatum habebunt, qui difficultati materiæ id ascribent quæ non paucos natione etiam Italos torsit, ut uix genuinum sensum, magno cum labore eruere potuerint: tenuitatem uerò hanc meã æquo animo ferent. Profiteor enim me quoq; naturalium rerum studiosum, qui & minimo etiam erudiri non erubesco, quantumuis solidas res rudi etiam Minerua me edoceat. Quod si tibi idem cordi erit, hæc etiam parua non despicias, uerū æqui boniq; consules, cogitando (prout doctè eruditus Celj us tradit) non sermone, sed remedijs ex artis fundamentis dextre adhibitis, cruari morbos

Vale.

The first part of the document
 describes the general principles
 of the system and the
 various methods of
 application. It is
 intended to be a
 practical guide for
 the use of the
 system in the
 field. The second
 part of the document
 contains a list of
 the various
 methods of
 application and
 the results of
 the experiments
 conducted. The
 third part of the
 document contains
 a list of the
 various methods
 of application
 and the results
 of the experiments
 conducted. The
 fourth part of
 the document
 contains a list
 of the various
 methods of
 application and
 the results of
 the experiments
 conducted.

DE VNICOR- NV, EIVSQVE ADMI- RANDIS VIRIBVS & vsu.

Pars Prima.

VTRVM SIT Vnicornu.

N omnibus rebus dubijs declarandis & resoluen- dis, ante omnia inquiren- dum est, Vtrum res ali- qua sit vel nō sit. Præsupposito enim primo hoc fundamento, ordine quo- dā, consequenter declaratur, quod sit, quomodo sit, & cur sit. Vulgus sub hoc nomine *Vnicornu*, intelligit feram quā- dam, his regionibus incognitam, quæ in locis admodum longinquis na- scatur, cum vnico cornu in fronte, ab Antiquis in summo pretio habito, & à Principibus diligenter inuestigato eò quod mirum in modum venenis

B aduer-

aduersetur. Vnde à Græcis *Monoceros*, à Latinis similiter *Unicornu* appellatū fuit. Verūm quale sit hoc animal, haud facile explicari potest imò sunt qui dubitent, vtrum sit in rerum natura, qui existimant, inuentionem vulgarem esse, & leuem quandam opinionem; vnde postea à multis vario modo descriptum fuerit, aut ex simplicitate, aut malitia, aut delectatione qua vsi fuerint nonnulli, vt libros implerent rebus peregrinis & miraculosis, de veritate aut falsitate earum parum solliciti. Qua ratione Apuleius quoque descripsit aureum asinum; Homerus Sirenes, Vergilius Chimeram, Harpyias, Minotaurum, Hypogryphum, &c. Omnia verò quæ ab Autoribus de Unicornu scribuntur, & à vulgo traduntur, rumorem tantum popularem esse, multis rationibus probari potest.

RATIO,

RATIONES PRO-
BANTES VNICOR-
nu non esse.

P Rincipio, nomen ipsum, manifestam alicui dubi- Prima ratio tationem inijcit, dum dicunt, Unicornu significare feram incognitam, ex peregrinis regionibus oriundam; quorū aliqui referunt nasci in India, alij in Aethiopia, nonnulli in mundo nouo. Vbi consideratione dignum est, paruum illam notitiam, quæ hactenus in vniuersa Europa habita fuit, nō aliunde processisse, quā per populos barbaros & rudes, qui nihil aliud referre potuerunt, præterquam quod oriatur in desertis, & quod solitarium incedat, & per loca inaccessibleia ambulet, & propterea rarò in conspectū veniat. Argumentum euidens illis quoque populis certò non constare quid Unicornu sit: sed suspicionem præbet, quod sub prætextu huius animalis, rem fabulosam delinearint.

Quod vltèrius confirmatur, eò quod Secunda ratio.

B ij

Auto-

Autores, qui omnium primi huius animalis, mentionem fecerunt, non fuerint Authentici. Primus enim qui de Unicornu aliquid literis prodidit (quantum ex Plinij scriptis intelligitur in l. 8. cap. 12.) fuit Ctesias, quem Aristoteles in libro 8. de historia animalium, capite 28. aperte, Autorem nullius ferè fidei, vocat. Quod alij postea fide careant, perspicue apparet. Philostratus enim, ex posterioribus Græcis vnus, nugis se multum oblectauit, cui librum etiam eiusmodi miraculis ornare placuit. Et licet videatur, quod Aelianus paulò accuratius scribere deberet præcipue cum historiam animalium conscripserit; nihilominus illum dubitasse videmus, præponendo semper hos terminos; ferunt ita prædicant, vel intelligitur. Quæ etiam causa fuit, quod ipse, & qui illum imitati sunt omnes, diuerso modo de hoc animali, locuti sunt. Vnde cum nihil certi de hoc animali inueniatur, cumq; Autores ex ore aliorum scribant, coacti fuerunt pro varia informatione, quam vnusquisq; habuit, omnes

Tertia ratio.

Autorum diuersitas.

omnes diuerso quoque modo scribere. Idem affirmare licet de his qui hoc nostro tempore, de Unicornu, siue audita, seu tradita seu animo ad voluptatem & arbitrium concepta scripserunt, cum nullus illorum hodie sit, qui profiteatur, visum sibi eiusmodi animal, & vix duos reperias, qui sibi consentiant, seu in corporis, seu in morum & conditionum eius descriptione. Quidam enim dicunt esse equum, alij asinum, nonnulli ad instar cerui; alij instar Elephantis: Nō desunt qui affirmāt, quod Unicornu sit alia quaedam species à prædictis diuersa quorum nonnulli ponunt duas, alij tres, & plures species. Sunt qui referant Unicornu præditum esse vnguibus integris, equorum in modum: Alij dicunt, quod ad modum capræ fissos vngues habeat: alij solidos quales habet Elephas. Nec solum Autores in describendo hoc animali dissentiunt verum etiam in cornu depingendo multum inter se variant. Horum enim alij colorem ei tribuunt nigrum; alij balium obscurum, quod versus frontem sit album, in apice nigrum. Alij

Diuersitas
animalis.

Cornu varietas.

tradunt, illud superne puniceum esse, vel potius fuluum. Alij faciunt illud ipsum politum, alij scabrum, sicut cornua ceruorum: Alij sincerum & purum: Alij contortum & striatum, à basi ad apicem vsq; , testudinis more & laboris pulcherrimi. Idem quoq; in longitudine & latitudine variant. Recentiores videntes tantam confusionem opinionum, recurrunt ad experientiam, contemplando multos Unicornes qui hinc inde in thesauris principum videntur: nec minus tamē isti remanent confusi & conuicti conspicientes, nec hæc cornua vno & eodem modo se habere, sed in quibusdam conuenire cum scriptis Antiquorū, in quibusdam verò variare. Promissiones quoq; magnificæ & virtutes incredibiles, quas huic Unicornu tribuūt, suspicionē alicui mouēt vt credat, famā tantum popularem esse, quæ vltèrius disseminata increbuerit, & veri speciem obtinuerit. Expressè enim affirmant, quod resistat venenis, pellat Epilepsiam, & venenum debilitet; Et quod fortè adhuc tolerari posset,

Diuersitas
particulariū
cornuum.

Quarta ratio.

set, vltcrius adiungunt, quod non solum particulari veneno resistat, verum etiam contra omne genus venenorum efficax sit. Et vt Principibus commodius obtrudant, addunt minimè opus esse, vt per os accipiatur, quemadmodum theriaca & alia Antidota: verum sufficere, si coram hoc cornu apponatur, vbi aliqua de veneno suspicio subest. Subitò enim venenum duobus modis prodit, aut sudorem emittit, aut in calicem vino vel aqua plenum coniectum, bullire incipit. Et quò maior illis fides adhibeatur, Antiquorum testimonia citant, qui scribunt. Reges Indiae solitos fuisse bibere ex vasis, ex hoc cornu conflatis, vi quorum ab omni morbo insanabili securi erant, nec quidquam illis metuendum erat à veneno, illa die, quo bibissent ex prædicto vase, nec etiam ab alia aduersitate, imò immunes illos reddebant à morbis, vulneribus, inflammatione & toxicis. Hæc & similia sibi de hoc Unicornu pollicebantur quæ quantò plus omnem fidem superant, tantò magis suspicionem augent, præcipue

viris doctis, parum fidei illi rumori tribuere. Imo nō defunt homines minime vulgares, qui ausi fuerunt, publice æditis scriptis, conuellere & negare omnia quæ de hoc animali ipsiusq; cornu sparguntur, affirmantes, nunquam mundo defuisse nugatores qui hac fama populari vsi sint & Principibus pro re maximi momenti commendarent, vt thesauros suos infinita copia rerum pretiosarum & rararū plenos, Unicornu etiam ornarent. Vltimò nonnulli cogitare possent Monocerotem & Rhinocerotem, propter vocis similitudinem, vnum & idem esse, quod animal est vnus in nare cornu. Verūm si id esset, sublata foret omnis dubitatio; siquidem constat, quod Rhinoceros sit, cum Romanis rerum potentibus, in spectaculis publicis nō rarò visus fuerit. Quod si Unicornu aliud genus animalis est, hinc maior difficultas emergit, cur inter tot feras quæ ex omnibus mundi partibus, Romam miraculosa illa spectacula conducebantur, nunquam publicis illis spectaculis exhibitum fuerit Unicornu

Difficultas.

cornu, cuius ab aliquo fiat mentio. In dedicatione Amphiteatri Imperatoris Diocletiani, ex omnibus oris conducta fuit magna copia bestiarum variarum; verum non legitur, quod maior fuerit adhibita diligentia, in conquirendis bestiis quam tempore Gordiani, qui cum triumphare de Persis decreuisset, & celebrare ludos seculares anni gloriosissimi, qui fuit millesimus ab ædificatione Romæ, quæ postea celebrauit Philippus, primus Imperator Christianus, ipsius in imperio successor, sibi proposuisset, curauit venari Elephantes, Alces, Tigrides, Leones, Leopardos, Hienas, Camelopardos, Onagros, Equos syluestres & alia genera variorum animalium, Inter quæ miru dignum videtur, desideratū fuisse Unicornu, si modò in illis locis inueniretur, prout affirmatur. Idcirco amplius, quia tunc temporis habebatur pro animali tam generoso, & propterea tanto spectaculo digno, præ alijs animalibus quæ vnquam fuerunt. Quod pariter signum est, non inuentum fuisse. Propter has

igitur & alias rationes, firmiter concludi potest Unicornu nec in rerum natura existere, nec vllibi locorum reperiri.

**FUNDAMENTA ET
RESPONSIONES QVI-
bus prædictæ rationes e-
uertuntur.**

QUoniam dubia in omnibus rebus veritati viam aperire soleant, propterea omnes rationes adducere volui quæ dubiæ videbãtur pro Unicornu. Vnde contrariæ opinionis sectatores laudẽ apud me merentur, dummodo nõ passi fuerint se duci ab obstinatione, vt cõmuni opinioni, huc vsq; tã celebri, se opponerẽt: sed solo sciendi desiderio ducti fuerint, & solũmodò eo fine disputare voluerint, vt eò clarius veritas possit elici et cognosci, sic... spe ro me facturũ in hac materia. Propterea ad soluẽda hæc dubia me accingo.

Argumentum à fama publica.

Et primò sapientium virorum testimonio constat, rumorem publicum rarò falsum esse, & satis euidentis argumentum